

Hs., denn es steht schon in der Baseler Ausgabe der Opera Bedae 1563, von mir mit Ba bezeichnet (ich benutze die Ausgabe Coloniae 1612), aber dort fehlen merkwürdiger Weise die 2 ersten und 2 letzten Strophen. Dagegen hat es dort eine Ueberschrift 'De ratione duodecim signorum'.

- | | | |
|---|---|---|
| 1. Spera celi
Exornata
Quibus nomina | duodenis
mire tantis
dedere | signis circumvolvitur,
candidis sideribus,
fabulę gentilium. |
| 2. Unumquodque
Denis horis
Unius sic | tamen signum
atque semis
anni complens | sol tricenis diebus
illustrare dicitur,
zodiaci circulum. |
| 3. Mira prorsus
Qui in celo
Cum Olimpo | paganorum
transtulerunt
constet esse | et seva dementia,
tam diversas bestias,
angelorum agmina. |
| 4. Illi taurum
Qui in bovem
Ad Italiam transvexit | radiare
versum Iovem | dicunt inter sidera,
fabulis adseverant;
Agenoris filiam. |
| 5. Habet fides
Primum agni,
Regnat unicus | Christiana
qui in celo
cum patre | signorum memoriam,
maiestate fulgida
per immensa secula. |
| 6. Igitur non
Noster taurus
Dulcis, blandus | torvus fronte
est putandus,
atque mitis | vel cervice tumidus
non minax, sed optimus,
atque suavis vitulus. |
| 7. Ipse ergo
Cuius caro
Nos cruore | est credendus
immolata
suo tulit | saginat vitulus,
in crucis patibulo
de mortis periculo. |
| 8. Hic non cessat
Iugo Christi
Divinorum | nos hortari
nos submitti,
preceptorum | pietate sedula,
exarare vicia,
reportare semina. |
| 9. Prosequentibus
Idolatriam calcare,
Avaritiam vitare, | hortatur | testamentum geminis
solum deum colere,
cancrum incurabilem. |
| 10. Leo noster
Ideo evigilavit,
Et, quas iuste | obdormivit,
merebamus, | ut in morte vinceret,
ut possimus surgere
a penis eriperet. |
| 11. Virginis hoc
Sexta mundi
Equitatis | sextum signum
iam aetate
libram tenet, | competenter sequitur:
venit dei filius,
iure deus dicitur. |